Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

pro Die Veneris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

Pro die Iouis.

Chriſtus in domo Herodis & Pilati. Illuſus, Poſtpoſitus, Condemnatus.

1. Spreuit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte albâ, & remiſit ad Pilatum.

2. Reſponderunt ad Pilatum: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabbam.

3. Tunc apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Milites plectentes coronam de ſpinis, &c. Tradidit eis Ieſum, vt crucifigeretur.

Pro die Veneris.

Chriſtus in monte Caluariæ. Baiulat Crucem. Crucifigitur. Lanceâ latus eius aperitur.

1. Baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum.

2. Et crucifixerunt eum, & cum eo duos latrones, vnum à dextris, & alium à ſiniſtris. Et ſtabat Mater ſua iuxta Crucem.

3. Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua.

Pro die Sabbathi.

Chriſtus in ſepulchro. Depoſitus. Sepultus, Cuſtoditus.

1. Ioſeph autem ab Arimathia petiuit corpus Ieſu, depoſitum inuoluit illud in ſindone munda.

2. Poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra, ligatum linteis, cum aromatibus.

3. Et milites abeuntes munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.